









1712.

23. Sturz, Georg, Ernestus: De Deo, auctore verae medicinae  
24<sup>a. b.</sup> H. J. Stryker, Jo. Samuel: De jure necessitatis. Vna Voth Rich.  
2 Bant. 1712: 1738
25. Stryker, Jo. Samuel: De emendatione processum forensis  
26<sup>a. b.</sup> Thomaeus, Christianus: De pactis futurorum operabilibus  
2 Bant. 1723: 1736
- 27<sup>a. b.</sup> Thomaeus, Christianus: De origine ac progressu  
processus inquisitorii contra sales 3 Bant.  
1712, 1729: 1740
- 28<sup>a. b.</sup> Thomaeus, Christianus: De usu prosectorum numerationis  
2 Bant.
- 29<sup>a. b. c.</sup> Thomaeus, Christianus: De usu prosectorum factitiae  
3 Bant.  
De impedimentis munitationis 1712: 1732
- 30<sup>a. b.</sup> Thomaeus, Christianus: De non prosectorio tituli  
inhibitionum de his, qui sui vel aliorum jure  
sunt. 5 Bant. 1712, 1728: 1737.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



DISSERTATIONIS AGGREGATAE

FACTIS PUTU-

RETIUM SUSA-

LICIA

DE

DE P. H. N. C. WILHELMO,

DE P. H. N. C. WILHELMO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,

IN CHRISTIANO THOMASIO,







1712, 25a 1024.

DISSERTATIO JURIS CANONICI,  
DE  
**USU PRACTICO**  
**DENUNCIATIONIS**  
**EVANGELICÆ,**  
Ad Cap. 13. X. de Judiciis. 8

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. RELIQUA.  
PRÆSIDE

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO  
INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
AC PROFESORE PRIMARIO, ET FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO,  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

*Die XVI. Aprilis MDCCXII.*

*H. L. Q. C.*

**WILHELMUS IRWING,**  
TILSA BORUSSUS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*  
Apud CHRISTOPH. ANDREAM ZEITLERUM, Acad. Typogr.

1023

DISSERTATIO JURIS CANONICI

DE  
USU PRACTICO  
DENUNCIATIONIS  
EVANGELICAE

Ad Cap. X. de Judiciis

Quart.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPIS AD DOMINUM

FRIDERICO WILHELMO

PRINCIPIS BORUSSE, MARCII BRAN-

DENBURG-RESSE

RESIDENS

IN CHRISTIANO THOMASIO

STUDENTISSIMO BORUSSE REGIS CONSILIARIO  
INTIMO, UNIVERSITATIS BRUNSVIGIENSIS RECTORE

AC PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTATIS  
JURIS ORDINARIO

PUBLICO ERUDITIONUM EXAMINI SUBJECTO

ANNO MDCCCLXII

M. D. C.

WILHELMUS IRWING

THEOLOGUS BORUSSUS

M. A. BRUNSVIGIENSIS

Abd. Cantor. Angliam. Cantor. Angliam.





DISSERTATIO JURIS CANONICI.  
DE  
USU PRACTICO DENUN-  
CIATIONIS EVANGELICÆ,

ad cap. 13. X. de Judiciis.

SUMMARIA.

**V**ariæ opiniones de denunciatione Evangelica, §. I. ejus-  
que differentiâ à denunciatione judiciali. §. II. Item  
de sede denunciationis Evangelicæ §. III. Evangelicum quot  
modis aliquid dicatur. §. IV. Denunciatio omnis est Evan-  
gelica abusive, uti inquisitio. §. V. Denunciatio judicialis  
est inventum Innocentii III. §. VI. Intentio, impunitas de-  
latorum, §. VII. tanquam necessariorum ad stabiliendam  
tyrannidem, §. VIII. sed clericorum saltem contra Laicos, non  
Laicorum adversus Clericos, §. IX. sub falso prætextu charita-  
tis Christianæ, §. X. multis eam in rem fraudibus adhibitis.  
§. XI. Omnis denunciatio judicialis ex prætextu est Evan-  
gelicæ. §. XII. Distinctionis inter denunciationem Evan-  
gelicam & Judicialem inanitas. §. XIII. Denunciatio Judi-  
cialis & Evangelica convertuntur. §. XIV. Quo respectu  
A 2 tamen

tamen denunciatio in cap. 13. de judic. dici possit Evangelica?  
 §. XV. Præmittenda historia controversiarum inter Pontificem & Reges Gallie & Angliæ. §. XVI. Prima periodus ab anno 1191. ad annum 1199. §. XVII. Gesta anni 1199. §. XVIII. Gesta anni 1200. §. XIX. Gesta anni 1202. §. XX. Gesta anni 1203. usque ad 1206. §. XXI. Gesta anni 1207. §. XXII. Gesta anni 1208, 1209. §. XXIII. Gesta anni 1210. §. XXIV. Gesta anni 1212. §. XXV. Gesta anni 1213, 1214. §. XXVI. Gesta anni 1215, 1216, 1217. §. XXVII. Usus observationum historicarum hætenus allatarum. §. XXVIII. Audax Jurisprudencia Innocentii (1.) protestando contra proprium factum. §. XXIX. (2.) Abutendo doctrina Christi §. XXX. (3.) Impertinente allegatione Valentiniani Imperatoris, §. XXXI. & (4.) Constitutionis Theodosii & Caroli M. §. XXXII. (5) Item dictorum Scripturæ ad excommunicationem Regum, §. XXXIII. (6) & ad cognitionem super Jure belli & pacis. §. XXXIV. (7) Allegatione, quod juramentorum causa sit Ecclesiastica. §. XXXV. Eventus hujus Epistolæ Papalis. §. XXXVI. Obscura natura ac definitio hujus denunciationis Evangelicæ. §. XXXVII. Probatur, denunciationem Evangelicam esse rem latissimi ambitus. §. XXXVIII. Genuina definitio denunciationis Evangelicæ. §. XXXIX. Usus practicus ejus frustra queritur apud Catholicos. §. XL. Apud Protestantes usus practicus ne quidem concipi potest. §. XLI. Responderetur rationibus dissentientium. §. XLII. Semina tamen hujus denunciationis sunt adhuc in usu, suo modo etiam practico. §. XLIII. Conclusio. §. XLIV.



cesse est, ut antea paucis videamus, quid rei sit illa denunciatio Evangelica (e).

## §. II.

*Ejusque  
differentia  
a denuncia-  
tione judi-  
ciali.*

Sed proh dolor! ipsi Canonistæ nesciunt, quid rei sit denunciatio Evangelica f) & quomodo ab aliis denunciationis speciebus, maxime a judiciali differat g),  
ficut

(e) Neque enim sententia est, illud Augiæ stabulum penitus purgare sordibus, sed tantum pro modo disputationis Academicæ potissimos errores notare.

(f) Hinc conqueritur de Jena *aph. 3. n. 2.* quod a Legistis, præcipue (antequam videlicet ipse & Janus de ea scripissent) protestantibus hæc materia vel plane omissa, vel rarenter ejus mentio facta, & quod adeo ab aliquot diversis eruditis multoties de denunciationis Evangelicæ origine, principiis, & usu interrogatus fuerit. Item *apbo-rismo 4. n. 5.* quod descriptionem Evangelicæ denunciationis apud neminem reperire potuerit.

(g) Varias denunciationis species quidem recensent de

Jena *aph. 3.* & Janus *in proæmio;* sed cum omnes denunciationis significatus misceant, & ita species homonymas magis quam univocas collegerint, lectorem magis confundunt, quam ut erudiant. Canonistæ communiter quadruplicem faciunt denunciationem & *Canonicam, regularem, judicialem & Evangelicam* Ziegl. ad Lancell. *l. 4. tit. 1. §. 1. p. 906.* Sed & hæc distinctio est æquivoci. Nam denunciatio *Canonico* denotat vel *generalem* seu publicam, ut quando agitur de matrimonii impedimentis, quæ tertius denunciat, vel *specialem*, illi competentem, cui interest habere bonum Prælatum, vel subditum Ecclesiasticum, ad hoc ut quis a beneficio removeatur. *Regularis* dicitur, quæ secundum diversas religiosorum regulas expeditur de plano, & fit in capitu-

## DE USU PRACTICO DENUNCIATIONIS EVANGELICÆ. 7

sicut & nesciunt, quomodo accurate differat denunciatio judicialis ab accusatione & inquisitione h).

## S. III.

pitulo ad correctionem excessus. Denunciatio *Judicialis* fit judici ad pœnam inferendam, vel etiam ad satisfactionem privatam, unde & ipsa dividitur in *Judiciale publicam & privatam*. Vide quos citat de Jena *d. apb. 3. n. 3. 9. 10. 13. 14.* Hæ tres species, etsi & ipsæ in multis convenient, utunque tamen finibus inter se discerni possunt. Sed *Judicialis & Evangelica* quomodo differant, ipsi Canonistæ nesciunt. Modo enim dicunt, Evangelicam saltem intendere emendationem fratris, *Judiciale* vero intendere pœnam aut satisfactionem privati, modo Evangelicam etiam extendunt ad satisfactionem privatam & restitutionem damni dati, adeoque denunciationem Evangelicam iterum subdividunt in denunciationem Evangelicam in specie dictam, & *Judiciale* evangelicam, quæ ratione originis saltem sit Evangelica. De Jena *apborif. 4. num. 8. sequ. pag. 239.* Janus *cap. 4. §. 7. p. 56.* Cum vero non consen-

tiunt Canonistæ in differentia denunciationis *Judicialis & Evangelicæ* ratione finis, non mirandum etiam, quod non consentiant in questionibus affinibus, v. g. an denunciatio Evangelica procedat ab actu charitatis tantum, *Judicialis* vero ab actu justitiæ, an vero Evangelica etiam procedat ab actu justitiæ; item an denunciatio Evangelica sit saltem consilii, an vero etiam præcepti; de quibus vide de Jena toto *apb. 5.* Canonistarum distinctiones, assertiones, limitationes, quibus hic utuntur sic sunt comparare, ut una alteram tollat, aut certe lectorem reddat confusissimum. Conf. ea quæ collegit D. Hulfemannus in *Dissert. de corrept. fraterna §. 13. seq. p. 106. seq.*

h) Etsi enim Pontifex dicat expresse in *cap. Licet Helt 31. X. de Simonia* contra excessus subditorum tribus modis procedi posse, per accusationem videlicet, denunciationem & inquisitionem; quomodo tamen differat denunciatio ab ac-

## §. III.

Imo nesciunt, ubi sit sedes denunciationis Evangelicæ, quatenus, a judiciali distinguitur; etsi enim communiter sedem esse dicant in Epistola Innocentii III. ad Prælatos per Franciam, i) non sine ratione tamen dis-

Item de se-  
de denun-  
ciationis E-  
vangelicæ.

sentiantur accusatione & inquisitione, dicere nequeunt. Modo enim denunciationem ab inquisitione differre dicunt, quod inquisitione locum habeat sine denunciatione præcedente, ubi scilicet ad famam de crimine iudex inquirat. Lancell. lib. 4. tit. 1. §. 1. & 3. modo fateri coguntur, denunciationem nihil aliud operari, nisi quod loco diffamationis & quærelæ succedat, iudicique viam ad inquirendum adversus aliquem ex officio aperiat, quod nullo præcedente indicio facere haud possit. De Jena apbor. 3. n. 2. p. 228. Conf. Ziegl. ad Lancellot. d. l. §. 1. p. 906. Denunciationem vero ab accusatione modo sic differre dicunt, ut in denunciatione, requiratur præcedens admonitio, non in accusatione, cap. veniens 15. cap. licet 14. de accusationibus, modo in accusatione etiam præcedentem admoni-

tionem requirunt, aut, ut suam differentiam solvent, accusationem pro denunciatione positam esse violenta textuum torra afferunt cap. si quis 2. eod. Gorzalez Tellez ad illud in notis num. 3.

i) Scilicet in cap. Novit. ille 13. X. de Judic. de Jena apbor. 4. n. 3. p. 238. Janus cap. 1. §. 2. DD. communiter ad d. cap. Novit. ille. Et si in hoc textu non est fundata denuntiatio Evangelica, quatenus judiciali opponitur, frustra eam quares in aliis. Jungi quidem jubet de Jena de l. can. si peccaverit 19. c. II. qu. 1. Sed intentio ejus haud dubie non fuit alia, quam ut in d. Canone Augustinus æque provocet ad idem dictum Christi, ad quod provocat Papa in d. c. 13. de Judic. non quod ibi & iam agatur de denunciatione Evangelica, cum potius ille commodoreferri possit



## DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 9

fentiunt alii, & illam epistolam decretalem magis explicant de denunciacione judiciali k)

## §. IV.

Quid ergo dicemus. Tentabimus an ex hoc labyrintho evadere possimus, si vocem *Evangelicæ* ab homonymia liberemus. *Evangelicum*, ut re-  
 liquas significaciones omittamus l) aliquid dicitur du-  
 pliciter.

B

fit ad contraria denunciacionis. Quod si forte huc referre etiam velis cap. *Quemadmodum 25. de Jurejurando in fin.* facile prævidere poteris, quod responsuri sint dissentientes, illum textum loqui quidem de denunciacione quæ accusatant opponitur, non vero de denunciacione Evangelica, quæ opponitur judiciali. Breviter si in cap. 13. de judic. non est sedes denunciacionis Evangelicæ, nusquam est in toto corpore Juris Canonici.

k) Pirhing. Tom. 2. jur. Can. ad tit. de Judic. sect. 2. §. 2. n. 66. p. 22. *Communior sententia tenet, quod hæc denunciatio fuerit non more Evangelica seu charitativa, sed etiam judicialis, tum quia causa hæc commissa fuit ju-*

*dicibus delegatis, & tum quia Rex Angliæ etiam super interesse proprio se fundabat, quæ est denunciatio judicialis. Nec obstat, quod hic allegatur, auctoritas Evangelica, quia ista denunciatio judicialis introducta est instar Evangelicæ &c.*

l) Vel enim hæc vox sumitur de personis vel de rebus & actionibus. Personæ dicuntur Evangelicæ variis modis, vel quarum fit mentio in Evangelico, sive laudentur sive vituperentur, sive etiam saltem de iis simpliciter quid narretur v. g. dives ille Evangelicus i. e. de quo extat parabola in Evangelio, uti dicitur Ulysses Homericus, Æneas Virgilianus &c. Et hæc etiam significatio potest applicari ad actiones v. g. di-

placiter, vel proprie pro eo, quod in Evangelio revera est præceptum, vel improprie & abusive, quod ex Evangelio a Pontificibus in sensum alienum est detortum & depravatum.

## §. V.

*Denunciatio omnis est Evangelica ab usu, uti inquisitio.*

Denunciatio igitur Juris Canonici, quanta quanta est, est Evangelica abusive, quia textus Scripturæ Sacræ ex Evangelio torquentur a Pontifice in alienum sensum, m) uti textus ex veteri fœdere torquentur ad defendendum processum inquisitorium, n) qui tamen propterea non nisi abusive *Mosaicus* diceretur.

## §. VI.

g. distributio illa mercedis Evangelica in operarios &c. Porro personæ etiam dicuntur, Evangelicæ quæ profitentur doctrinam Evangelii finceram contra corruptiones Papales, uti status Evangelici in Imperio sic vocantur, quatenus contra distinguuntur Romano Catholicis &c.

m) Uti patebit ex mox dicendis.

n) *cap. Licet Heli 31. de Simonia in verbis: Inquisitionem clamosa debet insinuatio prevenire. Descendam, inquit dominus, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint. Tunc enim clamor pervenit ad Præla-*

*tum, cum per publicam famam subditorum sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere & videre, id est mittere & inquirere utrum clamorem, qui venit, veritas comitetur &c. Imo in hoc sensu abusive processus inquisitorius etiam Evangelicus dicendus foret, quia ad ejus corroborationem etiam Pontifex utitur dicto Luca. Legitur enim in Evangelico, inquit Pontifex, quod villicus ille, qui dissipatus erat apud dominum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue, jam enim non poteris amplius villicare* *cap. 17. & 24. X. de Accusat. Unde*

DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. II

§. VI.

His præsuppositis denunciatio judicialis in genere est inventum Innocentii III. Pontificis ad præparandum processum inquisitorium introductum o).

Denunciatio judicialis est inventum Innocentii III.

§. VIII.

Intentio Pontificis fuit, ut delatores sub prætextu cha-

B 2

de non male Hulsemannus de corrept. fraterna §. 13. n. 279. p. 133. Ex hisce & aliis corollariis patet, qualem normam præscribant Pontificii non solum interpretandi dicta Christi & Apostolorum, sed etiam observandi ea, & parendi iis. Videlicet, si quid est contra praxin Ecclesie Romanæ, non præsumuntur Christus & Apostoli hoc voluisse aut velle potuisse. Adde, & si quid est secundum praxin Ecclesie Romanæ, præsumuntur Christus & Apostoli hoc voluisse aut velle potuisse. Conf. Dn. Præsid. de orig. process. inquisit. §. 3. lit. g. §. 17. §. 24. & 53. lit. p.

quantur, non esse antiquiores Innocentio. III. ita idem dicendum de Decretalibus epistolis, quæ mentionem faciunt denunciationis v. g. d. cap. 13. de Judic. cap. 25. de Jur. jur. cap. 16. de accus. cap. 31. de Simonia. Quod vero denunciatio sit inventa ad præparandum processum inquisitorium patet ex d. cap. 16. de accus. Quando in modum denunciationis oppinitur crimen, non est inscripcio necessaria, sed cum in modum accusationis, oportet inscribi, quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio faciendâ. Conf. de Dissert. §. 52. & Dissert. idè occasi. & tent. Constit. Crim. Carol. §. 36. lit. e.

p. Vide

*Intentio,  
impunitas  
delatorum.*

charitatis Christianæ & Evangelicæ liberarentur a penis calumniæ hætenus receptis, & a necessitate proponendi criminis denunciati p).

*Tanquam  
necessaria  
ad stabi-  
liendam ty-  
rannidem.*

### §. VIII.

Cum tamen nemo frustra sit improbus, & impunitas calumniatorum maxime nocere potuerit ipsi ut clero; videndum, quid moverit Innocentium III. ut hanc impunitatem delatorum introduceret, & quomodo tamen simul clero cautum fuerit, ne impunitas hæc eorum ordini noceret. Ad introductionem persuasit haud dubie, quod videret, plerosque Principes, ut Tiberium, Domitianum, alios, delatores usurpassè tan-

p) Vide latius *d. Dissert. de orig. proc. inquis.* §. 13. Contra delatorum semper apud bonos Principes maxime exosa fuit conditio, de quibus infinita sunt loca apud Tacitum, Suetonium, Martialem, Plinium, Dionem Casium, Capitolinum & alios historiarum Augustæ scriptores. Adde totum titulum Codicis de delatoribus & petitionibus honorum sublati Lib. 10. ibique D D. & 305. tit. Cod. Theodos. de petitionibus, & ultro datis & dela-

toribus lib. 10. ibique Jac. Gothofredum. Speciminis loco apponamus saltem L. 2. Cod. Theod. d. 1. quæ Constantini M. est. *Comprimatur unum maximum humane vite malum, delatorum execranda perniciosa, & inter primos conatus in ipsis fauibus stranguletur, & amputata radice invidia lingua vellatur, ita ut iudices nec calumniam, nec vocem proventus deserentis admittant. Sed qui delator extiterit, capitali sententia subjugetur.*

abiv .q

q) Vid,

## DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 13

tanquam necessarium instrumentum ad acquirendam absolutam potestatem q).

## §. IX.

Igitur, si clericus Laicum deferret aut calumniaretur, siue publice siue privatim, & omni tamen probatione aut iustis iudiciis destitueretur, non timebat amplius pœnam calumniæ, prætendens, se ex charitate Christiana denunciassè, non accusassè. Quod si vero Laicus simili libertate uti vellet adversus clericos, tacite prævidebat Innocentius, eos ab hoc clericorum privilegio excludi posse, ob evidenter cessantem præsumtionem charitatis in hoc casu, quia videlicet Laici jure Canonico habentur pro inimicis Clericorum r).

## §. X.

Ut tamen licentiam istam palliaret Pontifex sub larva vitutis Christianæ, ut ad omnia scelera, etiam maxime nefanda semper fecerunt Pontifices, abusus est Scriptura Sacra, & dicto Evangelico de fraterna correctione & denunciatione Ecclesiæ facienda ad emendationem fratris s), etsi facile sentiret, sub hoc prætextu

B 3

tu

q) Vid. Tac. l. 4. annal. & Scriptores historiae Augustæ modo citati.

r) Con. 1. & 5. caus. 11. qu. 7.

s) Matth. XIX. vers. 15. Si peccaverit in te frater tuus, veni & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si

vero te non audierit, accipe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testium sit omne verbum. Quod si neglexerit eos audire, dis Ecclesiæ: quod si Ecclesiam audire, neglexerit, sit tibi velut quispiam Ethnicus & Publicanus. Abusum esse Papam hoc textu, inde constat, quia Christus

tu quemlibet calumniatorem se occultare posse r).

§. XI.

*Multis eam  
in rem  
fraudibus  
adhibitis.*

Fuisse autem Pontificis & Clerici Pontificii intentionem, ut denunciatione Evangelica saltem ut prætextu uterentur, partim ex eo patet, quod, si ipsi etiam calumniosissime denunciarent alios, inprimis Laicos, tot exceptiones in promptu haberent, in quibus non necessaria esset præcedens admonitio, ut eæ facile tollerentur.

us non loquitur & ibi & in sequ. versic. de denunciatione judiciali, neque de excommunicatione, neque de Jurisdictione Ecclesiastica, sed solum de officio cujuslibet Christiani erga quemlibet Christianum ex charitate in negotiis extrajudicialibus, ita ut hic locus Christi sit instar commentarii ad dictum legis Mosaicæ Levit XIX. 17. *Ne odio habeas proximum, arguas eum.* Vid. omnino Grotius in *Comment. ad b.l.* Item Joh. Ligthfoot in *kor. Hebraic. ibid.* Add. dictum Pauli II. *Thessal. III. vers. 15. seq.* & I. *Corinth. VI. vers. 1. sequ.*

t) Quid enim non dicere posset, se denunciare non ad pœnam sed ad correctio-

nem, non ex odio, sed ex charitate. Quid si non præcesserit admonitio? Novum effugium paratum est Canonistis, admonitionem saltem pertinere ad denunciationem, Evangelicam, ad judicialem vero denunciationem, quæ in locum accusationis successerit, non esse necessarium ut præcedat monitio. Gregor. Sayr. in *clavi regia lib. 12. c. 10. num. 6.* Adde quod intentio etiam deferentis non possit mutare processum, cum propter denunciationem, etiam ex intentione haud charitativa factam, iudex secundum principia Juris Canonici non debeat intermittere inquisitionem. Ut taceam & ipsas pœnas, potissimum Canonicas

## DE USU PRACTICO DENUNCIATION EVANGEL. 15

lerent totam regulam; u) Item quodsi Laici Laicos, aut Clerici etiam inferiores se invicem denunciarent, tum vel ipsi ut iudices pro arbitrio eos admitterent vel repudiarent, sub prætextu limitationum illarum sive applicabilium sive non applicabilium, w) vel novo præ-

textu

nicas hunc scopum habere, ut corrigatur delinquens. Ziegl. *ad Lancell. de p. 906.*

u) Tales limitationes communiter sex recensentur 1) si peccatum proximi sit publicum. 2) Si etiam occultum cedat in damnum totius communitatis, & periculum sit in mora, nec quis speret, se sua privata monitione impediturum malum. 3) Si occultum in majus damnum aliis cedat, quam est fratris ignominia, quæ famæ ejus ex delatione ad superiorem provenit. 4) Quando peccatum occultum sua natura est contagiosum & exitiale, ut hæresis. 5) Si frater ob majorem profectum spiritualem renunciaverit gradibus a Christo institutis, & malit illico deferri ad superiorem, ut efficacius & melius emendetur, quam a fra-

tre privato. 6) Quando ob aliquam circumstantiam concurrentem prudenter judicari potest, ordinem Christi vel omnino vel ex parte futurum inutilem ad finem correptionis, qui est emendatio proximi. Nam frustra niti, & nihil aliud laborando quam odium querere extremae demeritæ esse. Vide latius has sex limitationes examinantem Hulsemannum *de corrept. fratern. §. 13. n. 271. seq. p. 127. seq.*

w) Isto enim modo etiam Principes seculares ope delatorum absolutam potestatem in inferiores acquisiverunt. Huc pertinent verba capituli *Licet Heli 31. de Simonia. Contra quos cum idem abbas exciperet, quod denunciationem hujusmodi fraterna correctio secundum regulam Evangelicam non præce-*  
ferat

textu eluderent doctrinam Evangelicam, hanc denunciationem non adstrictam esse ad regulas denunciationis Evangelicæ, sed esse novam denunciationis speciem, quam & propterea regularem vocabant, tanquam quæ inter regulares & monachos esset usitatis-  
sima x).

## §. XII.

*Omnis denunciatio  
judicialis  
ex prætextu  
est Evangelica.*

Ex dictis autem patet, omnem denunciationem judicialem ab Innocentio III. inventam ex prætextu Pontificis esse Evangelicam, quia de omni denunciatione judiciali dicitur, quod eam debeat præcedere charitativa correctio secundum regulam Evangelicam, & quod fiat ad correctionem non ad depositionem y).

## §. XIII.

*ferat &c. Nos frequentibus clamoribus excitati, ex officio volumus inquirere. Ita Ferdinandus a Castro Palao citatus Hulfemanno d. l. n. 213 p. 112. conatur defendere, quod iudex non deneatur repellere denunciationem sibi factam delicto, eo, quod illius secreta correctio non præcesserit.*

x) Vide supra §. 2. lit. g. Huc pertinet objectio apud Thomam citatum Hulfemann. d. l. n. 236. Non videri esse in communi consuetudine religionum, sint contra præcepta

*Christi: Sed consultum esse in religionibus, quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis, nulla secreta admonitione præmissa &c. & decretum Minoriticum ex Salmerone ibid. n. 241. Idem dogmatizare, quod frater, qui fratrem correxit, secundum formam Evangelicam, non teneatur alter alterum revelare superior, ex sententia rotius capituli generalis definitum est, hanc doctrinam esse pestiferam, & acriter punitur eam docens, usque ad carcerem.*

y) d. cap. 31. de Simonia Verbis: Denunciationem charitativa



## §. XIII.

Unde jam sua sponte sequitur, distinctionem denunciationis injudicialem & Evangelicam non esse distinctionem textualem, sed magisterialem & mere scholasticam, subtilium & inanum quæstionum causa inventam z), adeoque plane rejiciendam a). Uti etiam

C

ritativa correctio & paulo post: correctio secundum regulam Evangelicam non præcesserat cap. 16. de accus. verbis: Ad correctionem est de nunciatio facienda: ut adeo denunciatio illa, quæ in specie dicitur Evangelica & sedem habere dicitur in cap. 13. X. de judic. præ judiciali in eo nihil habeat præcipui, est Pontifex ibi repetat doctrinam Christi de fraterna correptione.

z) V. g. an, quando omisso gradu admonitionis denunciatio statim fit Ecclesiæ vel Prælato, facienda ea sit tanquam judici, vel tanquam patri. Hinc enim natum est discrimen solenne scholasticis inter denunciationem Juridicam & Evangelicam & inter fines utriusque denunciationis, quasi Evangelica denun-

ciatio pro fine habeat solum particulare bonum fratris, juridica autem bonum universale i. e. honestatem publicam. Hulfem. §. 15. n. 360. p. 172. Item: An Ecclesia vel Prælatus ex notitia, quam acquisivit de peccato fratris tanquam testis, vel etiam pater, & non tanquam judex, id est, ex denunciatione Evangelica, possit procedere ad incarcerandum aut excommunicandum, an vero teneatur vel possit delinquentem denunciatum mitioribus censuris dimittere. Idem n. 363. seq. p. 173. Vide, quibus artificii utantur Pontificii in acquirenda potestate absoluta per denunciations. Repete dicta §. 8. & 11.

a) Id jam Hulfemannus est subodoratus d. l. n. 371. p. 177.

b) Vi-

ex ipsis Canonistis rejiciunt cautiore b).

§. XIV.

*Denuncia-  
tio judicia-  
lis & Evan-  
gelica con-  
vertuntur.*

Unde & horum non pauci consentiunt, omnem denunciationem Evangelicam simul esse judicialem, c) ut negari non potest, omnem judicialem esse Evangelicam in sensu scilicet juris Canonici d).

§. XV.

*Quo respe-  
ctu tamen  
denuncia-  
tio in c. 13.  
de Judic di-  
ei possit Ev-  
angelica.*

Cum tamen illa denunciatio, quæ extat in Epistola Innocentii III. ad Prælatos per Franciam in multis diversam naturam habet a reliquis denunciationis judicialis speciebus, adeoque etiam peculiarem definitionem acceperit, & vero conveniat, diversas ejusdem generis species, diversis insigniri nominibus, in verbis sumus faciles, adeoque & in posterum hanc vocabimus  
Evan-

b) Videlicet illi, qui negant, sedem denunciationis Evangelicæ judiciali contradistinctæ esse in *cap. 13. X. de Judic.* de quibus supra §. III. *lit. k.* Itaque Panormitanus concessit, finem denunciationis illius Evangelicæ non differre a judiciali. ap. Janum *c. 1. §. 11.* Inde etiam est, quod rarissime hujus denunciationis Evangelicæ mentionem faciant Canonistæ. Conf. §. 2. *lit. f. ab init.*

c) Vid. *dist. §. 3. lit. k.* ubi ostenditur, denunciationem in

*d. c. 13.* quæ alias communiter dicitur Evangelica, simul esse judicialem.

d) Scilicet quemadmodum Canonistæ denunciationem in *d. c. 13.* ideo vocant Evangelicam, quia ea introducta sit *in-  
star* Evangelicæ, *d. l. k.* aut ut de Jena excerpfit *aphor. 4. n. 2.* quod jus Canonicum Evangelicæ *novam* formam addiderit; ita eadem rationes denominandi possunt etiam applicari ad judicialem in *c. 31. de Simonia & c. 6. de accus.* per dicta §. XII.

e) Igitur

Evangelicam simpliciter vel strictè dictam, & alteram cui illa definitio peculiaris non competit, appellabimus judicialem simpliciter vel strictè dictam, & adeo relicta hac posteriore specie de sola priore paulo distinctus agemus, explicaturi videlicet sensum dictæ Epistolæ.

## §. XVI.

Hic vero intelligi vix poterit, nisi præmittatur summa controversiarum, quæ & Regi Galliæ cum Rege Angliæ, & Innocentio III. cum utroque Rege intercesserunt. Ubi tamen operam dabimus, ut a studio partium finis alieni, uti bonum historicum decet e).

*Præmittenda historia controversiarum inter Pontificem, Regem Galliæ & Angliæ.*

## §. XVII.

Cum Rex Galliæ Philippus Augustus & Rex Angliæ Richardus I. ex persuasione Papæ conjunctis viribus cruciatus suscepissent adversus saracenos, prima disfidia a. 1191. inter illos oriuntur f), quibus motus Philippus cum exercitu suo deserit Richardum, & domum redit. g) Anno sequente 92. Richardus pariter reditum in Angliam parans, & maris tempestate mire vexatus in austria a Duce Leopoldo, quem in Palæstina sibi hostem

*Primopriodus ab anno 1191. ad annum 1199.*

C 2

stem

e) Igitur quamvis summam illam excerpturi sumus ex Matthæo Parisiensi, Scipione du Pleix, Raynaldo, vitabimus tamen ex una parte censuras, quibus Parisiensis Papam subinde notat, ex altera parte encoemia affectata, quibus Raynal-

du Papam ubique defendit.

f) Matthæus Paris. p. m. 37. partim quod agrè ferret Philippus magis, æstimari Richardum ab exercitu, partim ob alias causas ibi recensitas. Du Pleix p. 170.

g) Paris. d. l. Du Pleix p. 171.

h) Pa-

stem fecerat h), incarceratur i), & hoc Imperatori Romano Henrico VI. venditur k). Interea Philippus cum fratre Richardi Johanne regnum affectante anno 1193. fœdus inicit & Normanniam invadit l). Idem ducta in matrimonium Ingeberga Regis Daniæ sore re statim post nuptias eam repudiat m). Anno 1194. Richardus ex captivitate Imperatoris liberatus Gallos fugat. n) Anno 1195. idem a Papa Cœlestino impetrat excommunicationem Leopoldi Ducis Austriæ o). Papa vero Philippum de recipienda uxore frustra admonet. p) Anno 1196. pacem inter se ineunt Philippus & Richardus, a qua tamen mox Philippus recedit. q) Anno 1197. Philippus ducit Mariam filiam Ducis Meraniæ & Bohemiæ qq) Anno 1198. Richardus Philippum vincit, r) Philippus ad successorem Cœlestini Innocentium III. nuncios mittit, ejusque opem implorat, ut pacem cum Richardo ipsi procuraret, cujus adeo suavis Richardus & Philippus inducias quinquennales pangunt s) Philippum Papa hortatur ad recipiendam conjugem sub comminatione Ecclesiastici interditi. t) Anno 1619. Richardus moritur. u)

## §. XIIII.

Mortuo Richardo, factiones duæ existunt in Anglia

Gesta anni  
1199.

h) Paris. p. 140.

i) Paris. p. 144.

k) P. p. 145.

l) P. p. 146. D. P. p. 175. 176.

m) P. p. 147.

n) P. p. 147. seq. D. P. p. 176.

o) P. p. 148. seq.

p) P. p. 150.

q) P. p. 151.

qq) D. P. p. 181.

r) P. p. 162. seq.

s) P. p. 163. D. P. p. 185.

t) Raynaldus § 29. 31. D. P. p. 181.

u) P. p. 164.

w)

gelia, prætentibus successione Arto vel Arturo, Richardi ex fratre majore Gothofredo nepote, & Johanne fratre Richardi minore w). Philippus partes Arturi tuetur, eumque de Andegavia, Pictavia, Turonica, Cænomannina, Britannia & Normannia investit, ac pro illo, coram Johanne (interea electo & coronato ab Anglis) cum quo de pace redintegranda, colloquium inierat, sed frustra intercedit. Arturus per proditorem Johanni traditur, sed proditorem citius patefacta custodiam Johannis evadit, & ad Philippum se recipit. x) Innocentius, Philippo frustra de recipienda uxore & rejicienda Maria hætenus admonito, xx) misso legato Petro de Capua Cardinali, inducias quinquennales cum Richardo confirmat, & Philippum, ut eas observet, adhortatur. Philippus præfagiens, quod Legatus Ecclesiastico interdicto uti vellet, antequam id pronuntiaret, ad sedem Apostolicam appellat, Legatus autem eo non obstante extra territorium Philippi Viennæ, interdicti sententia Gallias percurrit. y) Idem Papa eodem anno Angliæ

C 3

inter-

W) D. P. p. 186. ubi docet simul, duas feminas fuisse factionum capita, Constantiam matrem Arturi pro filio, & Eleonoram aviam Arturi pro Johanne Conf. Rayn. §. 48. ad ann. 1199.

x) P. f. 166.

xx) In ultima Epistola in qua Papa minatur interdictum, notabilia sunt verba:

*Deus nos de pulvere suscitatos inter Principes, imo super Principes sedere voluit, & de Principibus judicare.* Rayn. §. 42.

y) Rayn. §. 43. D. P. p. 181. Parisiensis pag. 166. aliam interdicti causam allegat. Respiciunt ad hanc legationem & hoc interdictum duo capitula juris Canonici communiter

P. 166

interdictam minatur per eundem legatum ob Episcopum Johanne in carcere detentum. z)

## §. XIX.

*Gesta anni*  
1200.

Anno sequente 1200. Philippus Arturi quasi oblitus novum fœdus cum Johanne inicit, & homagium ab eo suscipit, pactis una nuptiis inter filium Regis Galliæ, & neprem Johannis filiam regis Castellæ a). Innocentius eodem anno interdictum Ecclesiasticum in Gallis tollit, postquam Philippus uxorem pristinam in dignitatem, priorem restituisset, etsi nondum in torum receptam, sub prætexu quod controversia de validitate matrimonii, secundum conditionem a Papa ipso propositam antea per arbitrum dirimi debeat b).

## §. XX.

*Gesta anni*  
1202.

Anno 1202. cum Eleonora Avia Arturi in præjudicium hujus Pictaviam Johanni donasset, ob hanc & alias causas Johannes tanquam vasallus a Philippo solenniter citatur & ut Arturo terras, super quibus Philippus eum anno 1199. investiverat, redderet, jubetur. Johanne vero nec se sistente, nec postulata Philippi adimplere volente, bellum inter utrumque rursus inflammatur Arturo Philippum adjuvante. Ipse tamen Arturus a Johanne capitur, carceri includitur, ac ab ipso Johanne, ut fer-

niter a DD. relata ad *cap. nostrum* 13. de judiciis, quasi hujus pars essent, videlicet *cap. novit. ille* 7. de offic. Legati, & *cap. novit ille* 43. de appellat. Vid. Gonzalez Tallez ad d. c. c. 7. § 43.

z) P. p. 160.

a) P. p. 167. D. P. p. 187.

b) R. hoc. anno §. 9. 13. D. P. p. 181. §. 11. seq.

c) M. P. p. 174. seq. D. P. p. 188. seq. §. 1. 2. 3. 4. 5. R. §. 25.

d) D. P.

ut fertur, in carcere interficitur c). Constantia vidua Arturi Johannem coram Philippo parricidii accusat. Philippus Johannem ut vasallum citat, & contumaciter emanentem tanquam qui feloniam commiserit, & feuda a Gallia dependentia amiserit, condemnat d).

## §. XXI.

Anno 1203. Philippus sententiæ contra Johannem latæ exequentiæ causa Normandiam invadit, ubi Mag-nates Angliæ Johannem desidem & luxuriantem deserunt, a quibus Johannes maximam pecuniæ summam extorquet e). Innocentius Philippum hortatur, ut Episcopum Antiffiodorensem a Comite Antiffiodorensi quasi jussu regis ejectum, restituat, literis partim adulatione partim minus repletis f). Eodem anno idem Innocentius Philippum ad pacem cum Johanne per legatum gravi comminatione addita frustra adhortatur. g) Pariter frustranea fuit innocentii nova monitio Philippi de prima conjuge in pristinum statum plenarie restituenda h). Anno 1204. Philippus Johanni Normandiam,

*Gesta anni  
1203. usque  
ad 1206.*

## Turo-

d) D. P. p. 119. §. 6. 7.  
e) P. p. 175. seq. D. P. p. 199. n. 8.  
f) Commendat Gallos ob acceptos defensores que antea Ecclesiasticos, dolet quod Rex se per detractores corrumpi passus fuerit, & bona Episcopi fisco addiderit; Hortatur ut eum pristina gratia & bonis restituat, & a Comitibus tyrannide vindicet. Monet, se Archi Episcopo

Senonensi imperasse, ut in comitem censuras distringat, nil vero in Regem adhuc gravior statuisse, ob paternam in eum suavitatem, sed ut ipse quam primum male commissa emendet anxie expectare. R. 52. 53.

g) Rayn. §. 54-57. & ad ann. 1204. §. 67.

h) R. §. 59.

i) R.

Turonicam, Andegaviam & Pictaviam eripit, hoc quiescente, & in deliciis vivente i). Tandem anno 1206, religiosi viri inter reges pro pace reformanda sollicitate discurrentes in festivitate omnium sanctorum biennales inducias impetrant, Papa etiam, cum aliter facere non posset, non ulterius pro pace instante. k)

## §. XXII.

*Gesta anni*  
1207. Cæterum Innocentii & Johannis haud diuturna amicitia. Mortuo enim anno 1205. Archiepiscopo Cantuariensi Monachi Cantuarienses in scio Rege aliquem mox pœnitentia ducti alium sciente & commendante Rege eligunt. Innocentius utrumque rejicit, & monachis persuadet, ut tertium eligerent, quem anno 1207. Papa confirmat, & Regi Johanni blantientibus literis, & insertis quatuor annullis aureis, gemmis quibusdam prætiosis ornatis. Ægre ferens hoc factum Johannes acerbis & ardentibus literis Papæ respondet, & Monachos Cantuarienses ex anglia pellit, cui Papa placide sed propositi tamen tenax respondet l).

## §. XXIII.

i) R. §. 67. P. p. 178. D. P. p. 190. §. 10.

k) P. p. 180. R. ad annum 1203. num. 57. 58. sed circumstantiæ hæcenus recentitæ ostendunt computationem anni, in quo induciæ illæ sunt obtentæ, apud Parisiensem esse verosimiliorem.

l) P. p. 178. 179. 186-189. R. §. 16. 17. 18. Notabilia sunt verba Papæ. Tu ergo, fili charis-

*sime, cujus honori supra jus deferri curavimus, secundum jus nostrum studeas honori deferre, ut gratiam divinam & nostram uberius merearis; ne forte si secus egeris, in eam te difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri: Cum tandem oporteat eum vincere, cui seditur omne genu, cælestium, terrestrium, & infernorum, cujus nos vices intervis, licet immeriti, exercemus.*

m) P.



## §. XXIII.

Johanne nondum Archiepiscopum electum recipere volente, jussu Papæ Anglia anno 1208. generali interdicto concluditur. Johannes autem ob causam interdicti bona Clericorum præcipit confiscari, metuens tamen excommunicationem Pontificis, a Magnatibus suis nova homagia & obsides fidei exigit. m) Anno 1209. Innocentius Episcopis quibusdam Angliæ mandat, ut Regem Johannem nominatim excommunicatum pronunciarent. Sed hi metu Regis mandatum id non exequuntur, Johannes vero Archidiaconum quandam, excommunicationi huic obsequium præstantem, duro mortis, genere necat. n)

Gesta anni  
1208. 1209.

## §. XXIV.

Anno 1210. Johannes a Judæis immensam pecuniæ summam, adhibitis etiam inauditis torturæ generibus, extorquet, nec monachis & Ecclesiasticis in corradenda

Gesta anni  
1210.

D

da

m) P. p. 188. 189. 190. R. n. 26. Sed quæ ille ex gestis Innocentii ad hunc annum de submissione Johannis refert, videntur ex dicendis ad annos sequentes esse referenda.

n) P. p. 192. Jusfit Rex cappam plumbeam pro ipso confici, qua indutus tam victualium penuria, quam cappæ ponderositate, interiit Fertur etiam eo tempore Theologus quis-

piam pro concione Papæ potestatem oratione invasisse, docendo, ad Papam non pertinere de quorumlibet potentum laicæ possessione, vel subditorum regimine disponere, verosimilibus, uti Paris. *ibid.* loquitur, argumentis. Sed pro more Doctõr hic & defensor juris Regii a Rege derelictus in summa paupertate est mortuus.

da pecunia parcat, quare Innocentius eum rursus graviter increpat, & de dote etiam restituenda regi Gallia admonet, & novo interdicto eum adigere, ut jurata faciat, tentat. Pariter & Philippum monet, ne Antiffiodiensem & Aurelianensem Episcopus, quorum bona Philippus confiscaverat, ulterius vexaret. Præterea & Ingebergam Reginam, quam Philippus iterum receptam indigne habebat, literis consolatur Innocentius, verosimiliter adversus Philippum durius procedere nolens, quod is magno zelo persequeretur eo tempore hæreticos in Gallia, eosque vivos cremaret, o)

§. XXV.

*Gesta anni*  
1212.

In sequente tamen anno 1212. rursus instat apud Philippum, ut uxorem debito modo tractet & episcopis modo memoratis ablata restituat. p) Sed cum magis eum afficeret pertinacia Johannis, eodem anno hunc regno spoliare instituit, ac Philippo mandat, ut pro remissione omnium peccatorum regnum Johanni auferat, & sibi suisque posteris acquirat, admonitis etiam Anglis, ut cruce signati Philippum ducem sequentes Johannem regno privarent. Simul tamen Legato in Galliam suo clandestinas condiciones pacis exhibet, si Johannes se Papæ submitteret. q)

§. XXVI.

*Gesta anni*  
1213. 1214.

Sequenti anno demum Philippus uxorem suam Ingebergam plene restituit. r) Mox tamen de novo muta

o) P. p. 192. R. §. 8. 9. 10.

p) R. §. 8.

q) P. p. 195. Ex quo ista re-

petit. R. §. 36. Conf. D. P. p. 207-

§. 5. & 6.

r) R. ad ann. 1212. §. 8. Vi-  
ctus

DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 27

mutatur scena, dum Legatus Papæ clandestinas illas conditiones sibi a Papa dictas Johanni aperit, ac Johannes in augustiis constitutus regnum Papæ tributarium facit, ac solenni traditione in Papam transfert: s) Innocentius autem Philippo sub pœna excommunicationis t) interdicit, ne regnum Angliæ, ut quod jam ad Ecclesiam pertineret, invaderet, qui jure suo istud mandatum graviter ferens respondet, se jam in apparatu navium, victualium & armorum plus quam 60000. librarum expendisse, & ex præcepto Papæ laborem illum ac in peccatorum remissionem suscepisse u). Interim

D 2 tamen

ctus scilicet, ut Raynaldus ait, constantia Papæ, verius dixisset indulgentia Papæ & fucato beneficio, regnum Angliæ ipsi donatis. Ante duodecim annos jam receperat, sed hæcenus cum ea non concubuerat. D. P. p. 182. n. 17. ubi simul docet, quod post primam receptionem Mariæ, quam repudiata Ingelberga duxerat, paulo post ex mœre mortua fuerit, & Innocentius in favorem Philippi liberis ex ista genitos legitimeraverit.

s) Vide latius hæc describentem Pars p. 197. seq. item p. 207, Rayn. §. 73-81. Qui ta-

men in eo jucundus est quod Parisiensem §. 78. refutare velit, quasi scilicet conditio hæc de transferendo Regni dominio directo in Papam non a Pontifice fuerit suppeditata Johanni, sed a Johanne ex pietate singulari in Papam sponte facta, quam ob rem ad ipsum diploma Johannis provocat. Stolidus plane & negotiorum humanorum omnino ignarus esset, qui hæc crederet. Et oblitus est Raynaldus eorum quæ ipse ad ann. 1212, §. 36. de clandestinis istis conditionibus dixerat, ut modo notavimus lit. q.

t) D. P. p. 209. §. 2.



tamen anno sequente 1214. cum Papa interdictum in Anglia per legatum solenniter tolli iterum curasset, Johannes a Philippo novas inducias quinquennales impetrat. w)

## §. XXVII.

*Gesta anni  
125. 12. 6.  
1217.*

Anno 1215. Barones Angliæ a Johanne invito confirmationem antiquarum libertatum extorquent, quam etiam Papa ad instantiam Johannis sua confirmatione roborat, mox tamen de novo a Johanne imploratus, illas libertates Innocentius iterum destruit, & Barones Angliæ tanquam rebelles excommunicat, x) primo quidem generaliter, deinde sequente anno 1216. specialiter & nominatim. Unde hi ad desperationem adacti Ludovicum Philippi filium eligunt, eique se dedunt, quem frustra minis excommunicationis ab acceptatione detertere vult Innocentius. Post mortem tamen Regis Johannis mutatis animis Baronum Angliæ succedit ejus filius Henricus III. & anno 1217. pace inter Henricum & Ludovicum facta Ludovicus in Gallias recedit. Præcedente anno etiam moritur Innocentius noster. y)

## §. XXIX.

- u) P. p. 199. seq. R. §. 82.      ad ann. 1216. p. 155. seq. Cum  
w) P. p. 208. 212. R. §. 25. seq.      Papa Innocentius per lega-  
x) P. p. 201. 212. 230. R. §. 26.      tum suum de hortaretur Phi-  
seq.      lippum, ne permitteret, ut  
y) P. p. 232. 252. D. P. p. 217.      filius ejus Ludovicus re-  
seq. R. ad ann. 1216. §. 1. seq.      gnum Angliæ acceptaret,  
item §. 9.      Ad nostrum sco-      tanquam quod pertineret ad  
pum pertinet locus Parisiens.      Romanam Ecclesiam, respon-  
dit-

## §. XXIIIX.

Sed quorsum hæc omnia? inquires. Partim ut ge- *Usus obser-*  
 nius Innocentii nostri 2) & simul Philippi & Johannis, *vat. histori-*  
 de quibus in hoc capitulo nostro agitur, tanquam in *carum ha-*

D 3

spe. *tenus alla-*  
*tarum.*

dit Philippus. *Regnum Anglia*  
*patrimonium Petri nunquam fuit,*  
*nec est, nec erit: Rex enim Johannes*  
*volens fratrem suum Ricardum*  
*a Regno Angliae iniuste privare,*  
*& inde de proditione accusatus,*  
*& coram eo convictus damnatus*  
*fuit in Curia ipsius Regis. Et*  
*ita nunquam fuit verus Rex nec*  
*potuit Regnum dare. Item si*  
*aliquando fuit verus Rex postea*  
*regnum foris fecit per mortem*  
*Arthurum, de quo factus damnatus*  
*est in curia nostra. Idem nullus*  
*Rex vel princeps potest dare reg-*  
*num suum sine assensu Baronum*  
*suorum, qui regnum illud tenen-*  
*tur defendere, & si Papa hunc er-*  
*rorem tueri decreverit, pernicio-*  
*ssimum Regibus omnibus dat*  
*exemplum. &c. Leguntur &*  
*alia multa in eo loco & pro*  
*defensione Johannis & contra*  
*eum adducta imprimis quod*  
*condemnationem Johannis a*

Philippo factam attinet p. 238.  
 lectu non indigna.

2) Avaritiam ejus insignem  
 notat Parisiensis fol. 174. &  
 passim ejus vitia alia, potis-  
 simum quod omni data ope-  
 ra se immiscuerit in negotia  
 secularia, tangit. Et quam-  
 vis Raynaldus ubivis eum  
 defendere & Parisiensem in-  
 crepare ausus fuerit, ut ta-  
 men taceam, quæ jam supra  
 notavi ad §. 26. lit. v. ipse Ray-  
 naldus ad ann. 1216. §. 11. alio-  
 rum etiam Catholicorum  
 censuras de tribus eminenti-  
 bus vidiis Innocentii recen-  
 set, quas §. seq. 22. parum  
 verosimiliter persuadere vult,  
 ortas esse ex invidia Censo-  
 rum. Maxime ad rem præ-  
 sentem facit, quod Matthæus  
 Parisiensis ad ann. 1200. p. 167.  
 eum in scientia magnum, &  
 audacem simul Jctum appel-  
 let,

speculo cognoscatur; partim ut circa tempus non erremus, quo data fuit Epistola præfens Innocentii, nimirum anno 1203. a) Et denique ut casum hujus capituli distincte concipiamus. b)

## §. XXIX.

*Audax Juris  
prudencia  
Innocentii.  
(1) prote-  
stando con-  
tra propri-  
um factum.*

Jam videamus paucis, quam audacem Jctum hic egerit Innocentius, & astutum Sophistam. 1) Protestatione facto contraria persuadere vult Philippo, quod, dum re vera jurisdictionem ipsius turbat, & pronuntiationem sententiæ contra Johannem rescindere vult, aut an justa fuerit examinare, tamen nihil minus quam hoc intendat. c)

## §. XXX.

let, quod sive encomium sive judicium tanquam notabile etiam repetit Petrus de Marca de concord. Imper. & Sacrad. L. 7. c. 26. §. 8. p. 1102. Conf. jam alibi a Dn. Præsid. dicta de orig. proc. inquisitorii §. 54. lit. r.

a) In Epistolis Innocentii etiam a Baluzio. editis non extat hoc capitulum nostrum. Refert tamen illud cum Epistolis affinibus ad annum 1203. Raynaldus §. 54. seq. Et cum ibidem librum sextum Epistolarum Innocentii citet, simul ratio patet, cur in editione Baluzii de eo nihil legatur. Vide Præ-

*fat. Baluzii.*

b) Qui jam facile formari potest ex dictis §. 18. 19. 20. 21. Conf. Janum cap. 1. §. 2. & 21. Unde quæ idem notat *ibid.* §. 23. de partialitate Papæ ob regnum Angliæ fedi Pontificiæ acquisitum, ad tempus capituli nostri non pertinet. Neque etiam illo tempore prævidere poterat Pontifex, se aliquando a Johanne acquisitum esse dominium directum in Angliam.

c) in verbis initial: *non putet aliquis &c. & mox: Non enim incendimus &c. Adde filii arrogantiam. Dicere vult*

## §. XXX.

II. Abusu doctrina Christi evidente d) justificare <sup>(2) abuten-</sup> vult, quod se negotiis secularibus immisceat. Consistit <sup>do doctrina</sup> autem is abusus e) (1) in explicatione *Ecclesie* de Papa f) <sup>Cbristi.</sup> (2) in explicatione verborum: *sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus* de excommunicatione g) (3) in explicatio-

vult: Rex Philippus non vult nec debet jurisdictionem nostram impedire; Ego vero saltem ejus jurisd. turbare non intendo. Unde est magna differentia inter Reges & Papas. Rex non potest, et si velit impedire jurisdictionem Ecclesiasticam, Papa vero si velit, potest turbare jurisdictionem. seculari, quia judicat ipsos principes. Conf. supra § 8. lit. x. & §. 22. lit. l. Adde & astutiam in d. versio non enim intendimus, ubi Papa assertioni, quod ad Regem pertinet ad iudicium de feudis, statim addit duas limitationes, ne præjudicium per hanc assertionem minus generalem fiat vel Johanni, vel ipsi sedi Pontificis &c.

d) Hic ante omnia repetit dicit §. 10. lit. j. & quæ ibi citati auctores evidentius docent.

e) Adhuc impudentiores sunt Canonistæ, qui verba *si in te peccaverit* adhuc impudentius explicant. *IN TE, i. e. te sciente: IN TE, id est in damnationem tuam, si hoc celeris, si non monueris, & si monitione nihil proficiente minime denunciaveris.* De Jena aphor. §. n. 17. p. 281.

f) in verbis: *dixit Ecclesie. Quomodo nos &c.*

g) in verbis: *per distinctionem Ecclesiasticam coercere.* Interim considerent principes, quid nocuerit quieti publicæ, quod istæ explicationes de Ecclesia representativa, & de excommunicatione in prioribus statim sæculis, ubi studia antiquitatum Ecclesiasticarum negligebantur, etiam bonafide a Doctoribus Ecclesiæ fuerint propositæ, & postea per

(2) Imper- catione præcepti doctrinalis de præcepto legali. h)  
tinate al- §. XXXI.  
legatione

Valentini- III. Impertinente applicatione dicti a Valentiniano  
ni Impera- imperatore potestatem sibi concessam de factis regum  
toris. i)      iudicandi vult defendere. i)

§. XXXII.

(4) Consi-  
tutionis

Theodosii &  
Caroli M.

IV. Eadem fallacia utitur in applicatione constitutio-

per tot secula tanquam articu-  
li fidei propagata.

h) in verbis: *mandatum  
divinum possumus non exaudire*  
&c.

i) In verbis cum *Valentini-  
anus inchoyus Imperator* &c. Ad-  
de *can. Valentinianus 3. dist. 63.*  
ubi ex *historia triperita Cassio-  
dori L. 7. c. 8.* hoc factum la-  
tius recensetur. De veritate  
facti inquirere non vacat, etfi  
alias facile ostendi posset, fi-  
dem Cassiodori & eorum, ex  
quibus hic sua excerpfit, non  
ubique esse omni exceptione  
majorem. Impudenter autem  
a *monitis* Episcopalibus ad ju-  
dicium Apostolicum, ut loqui-  
tur, Innocentius argumenta-  
tur. Refertur de Trajano a  
Xiphilino, Dione, Victore &  
aliis, quod cum Præfecto Præ-

torii gladium traderet, quo ac-  
cingi eum moris est, eum  
strinxerit, & nudatum tenens  
dixerit, *Cape istum & si recte  
imperavero, pro me, sin aliter,  
contra me utere.* Sed quis  
inde, nisi impudentissimus,  
inferret, Præfectum Prætorio  
habuisse, aut per hoc factum  
acquisivisse potestatem judi-  
candi vel puniendi imperato-  
res. Unde forte non sine cau-  
sa hujus dicti saltem obiter  
meminit Plinius in *panegy. c. 67.*  
*n. 8.* & facile pro eo possent  
allegari Plures rationes, cur ita  
fecerit, quam pro Baudio,  
Lipfio & aliis interpretibus, qui  
in notis *ad d. l. id* in Plinio  
taxant, quod tam laudabile fa-  
ctum tam leviter & perfunctorie  
delibaverit. Sed id qui-  
dem hujus loci non est.



tionis Theodosianæ k) & Carolinæ, l) cum exempla non probent, sed illustrent saltem, & eadem auctoritate, qua Carolus Constitutionem Theodosianam recepit, Philippus eam rursus rejicere potuerit, alia ut jam taceam m)

## §. XXXIII.

V. Nulla vero fallacia evidentior, quam quod probare vult, Papæ etiam competere potestatem excommunicandi reges n).

E

## §. XXXIV.

k) *Lib. 6. Cod. Theod. tit. 1. l. quotiens* quæ lex canonizata est in *can. Quicumque 35. C. XI. q. 1.* Miror cur non & excommunicationem Theodosii ab Ambrosio factam argumenti loco adduxerit, in primis cum hic de potestate excommunicandi reges expresse agatur. An forte id ideo factum, quod tum illa fabula nondum fuerit pro vera habita, ut subsequenti- bus temporibus? Nam hodie jure meritoque de hoc facto dubitant cordatiores. Vid. Launoius *Part. 7. Epist. 10. Reiseri Launoius testis veritatis p. 409. Bibl. univ. T. 16. p. 272. Du Pin. de antiqu. Eccles. disciplina dissert. 7. §. 1. p. 495.*

l) Carolus M. in *Capitul. L. 6. c. 281.* illam constitutionem Theodosii repetit & confirmavit, quod & ipsum capitulare a Gratiano decreto est insertum *can. volumus 37. C. XI. qu. 1. 29. collectio. dist. 24. c. 1.* m) e. g. quod constitutio Theodosii & Caroli expresse loquatur de subditis, non vero de potestate Pontifices super ipsos reges. Et si non loqueretur, disertè tamen id subintelligendum foret, quia principes sunt supra leges a se latas. n) Sola relatione verborum totum negotium expediemus. *Sed forsitan, inquit, dicetur, quod aliter cum regibus, & aliter cum aliis est agendum. Ceterum scriptum no-*  
vimus

(s) Item di-  
ctorum  
Scriptura  
ad excom-  
municatio-  
nem regum.

## §. XXXIV.

(6) *Ad cognitionem super Jure B. & P.*

VI. Non minor illa, qua Papa sibi potestatem vindicare voluit, cognoscendi de regio jure belli & pacis, quia scilicet pax sit vinculum charitatis. o)

## §. XXXV.

(7) *Allegatione, quod Jaramentorum causa sit Ecclesiastica.*

VII. Denique consuetudo illorum temporum argumento quamvis æque fallaci utitur Pontifex, quod hic agatur

*vimus in lege divina: Ita magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum. Quam B. Jacobus intervenire testatur: si dixeris, ei qui indurus est veste præclara; Tu sede hic bene; pauperi vero: Non tu illic, aut sede sub scabello pedum meorum.* Notent & hic principes, quantum noceat fucata pietas, quæ abjecto rectæ rationis usu ex textibus scripturæ contortis, omnia in suum favorem & incrementum explicat, & nihil nisi Scripturam in ore habet, ambitionem in corde. Astute tamen fecit Pontifex talia argumenta proponendo, quæ ab omnibus pro cacitate illorum temporum credebantur esse indubia, ita ut nequidem contra hincere liceret Conf. su-

pra §. 23. lit. u. Et adeo post excommunicationem Henrici IV. Imperatoris aliorumque metuebant hanc potestatem Papæ si non omnes, saltem plerique reges & principes. o) verbis: *Licet tamen hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, ut peccatorum revocemus a vitio ad virtutem, ab errore ad veritatem, præcipue tamen contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis.* Et si enim hic Papa non dicat, quia est vinculum charitatis, contextus tamen ostendit, quod hæc ultima verba causaliter sint accipienda. Respicit vero Papa ad fœdus inter Philippum & Johannem anno 1200. initum, de quo supra §. 19.

DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 35

agatur de violato juramento, cujus controversiæ cognitio, cum juramenta sint res spirituales, haud dubie pertineat ad forum Ecclesiasticum. p)

§. XXXVI.

Quamvis autem Rex Philippus, in responsione ad Papam magis hic conclusionem negaverit, q) quam ut

*Eventus  
hujus  
Epistole  
Papalis.*

E 2

p) Verbis: *Postremo cum inter Reges ipsos reformati fuerint pacis fœdera, & utrinque præstito proprio juramento firmata: quæ tamen usque ad tempus prætaxatum servata non fuerint: num quid non poterimus de juramenti religione cognoscere, quod ad judicium Ecclesiæ non est dubium pertinere?* Vides Papa hoc argumento tanquam fortissimo ultimo loco utitur, & in eo confidit, tanquam de quo nemo secundum persuasionem communem illorum temporum dubitaret. Scilicet 1. Clerus persuaserat principibus, ad eos non pertinere cognitionem veram spiritualium, sed eam clero relinquendam esse. 2. Res spirituales postea pro lubitu fingebant, quæ tales revera non essent, ut v. g. actiones cultus reli-

giosæ externi, actiones circa ritus sacramentales matrimonium &c. 3. Eo etiam referbantur juramenta, partim tanquam actum utcumque religiosum, partim quod docerent, juramentum non esse actum accessorium, ut revera est, sed potius principale, peculiaribus plane regulis subnixum, & in eo promissionem peculiarem Deo fieri &c. Neque mirandum, quod illis temporibus errores illi alias palpabiles non fuerint agniti, cum & Grotius & Pufendorfius plerosque eorum adhuc intactos reliquerint, & varias conclusiones erroneas inde profluentes retinuerint. Vid. Dn. Præsid. *Instit. Jurispr. divinæ l. 2. c. 9. & fundam. Juris N. & G. eodem capite §. 5. & seq.* q) Pertinet huc locus ex Petri



pro cœcitate illorum temporum solidi quid responde-  
rit, r) interim tamen negari nequit, epistolam hanc de-  
creta-

Petri de Marca *Concordia sa-  
cerdotii & Imperii* L. 2. c. 3.  
§. 6. p. 100. *Prima fronte Re-  
gum jura hac Decretali foveri  
videntur; (quatenus nempe  
Pontifex protestatur, quod de  
feudali causa judicium ferre  
nolit) sed ut integrum bene-  
ficium illi non debeamus, facit  
exceptio adhibita. (Quod ta-  
men velit de peccato decerne-  
re per censuras ecclesiasticas.)  
Quæ profecto ejus generis est, ut  
admissa semel in judiciis, omnia  
fora confundat, quemadmodum  
monuit Navarrus in commen-  
tariis ad hunc locum. Quare a  
Gallis nostris nunquam suscepta  
fuit, non solum in specie, de  
qua tunc agebatur, ut dicitur  
libro quarto sed nec in ceteris  
causis, teste locupletissimo Du-  
rando Mimateni de modo  
concil. gener. celebr. tit. 70.  
his verbis: Item impediunt  
(scilicet judices seculares)  
quando Ecclesia vult cogere  
aliquem ad satisfaciendum*

de peccato in quo est, licet cog-  
nitio pertineat ad Ecclesiam  
&c. Ipse Petrus de Marca hic  
ad conclusionem Papæ respon-  
det intactis pramissis. Ergo  
non præsumendum est, quod  
Regii ministri illorum tempo-  
rum jura Regis meliori modo  
defenderint.

r) Videtur Rex concessa  
majore, quod cognitio de  
peccatis quibusvis pertineat  
ad Papam, respondisse ad mi-  
norem, negando se peccas-  
se contra Johannem. Pertine-  
nt huc verba ex Epistola  
Innocentii ad ipsum Regem  
Philippum, in qua postea-  
quam fere omnia repetiisset,  
quæ initio capituli nostri pro-  
feruntur, subdit: *Sed dices for-  
sitian quod non peccas in eum, sed  
ille replicabit in contrarium,  
quia peccas. Quid ergo in hujus  
contradictionis articulo faciemus.  
Num quid inquisita plenius &  
cognita veritate procedere ju-  
xta mandatum domini omi-  
temus*

cretalem plenum effectum non habuisse. s)

§. XXXVII.

Et si vero ex dictis pateat, denunciationem hanc Evangelicam a reliquis denunciationis judicialis speciebus in eo differre, quod hic de extraordinaria plane denunciat

E 3

Obscura natura ac definitio hujus denunciationis Evangelicæ.

remus Sc. Rayn. ad ann. 1203. §. 56. Et alia Epistola ad Johannem, quam idem ibidem refert §. 58. Nosse de volumus, quod Rex ipse non se, sed te potius culpabilem esse dicat discordia suscitata Sc. Nuper enim nobis per suas literas & nuntios intimavit, quod cum ecclesie B. Martini Turonensis, que ab eo, quicquid habet in temporalibus, recognoscit, damna non modica, & quam plures injurias intulisses, Sc. Ubi in sequentibus prolixè narrantur recriminationes Philippi in Johannem. Et tandem Papa concludit. Moneamus igitur serenitatem Regiam (Johannem) & exhortamur in domino quatenus ad ea, que pacis sunt, devotus intendas, & non solum recipias pacem vel treugas, si tibi forsitan offerantur, sed eas etiam offerre nullatenus erubescas.

s) Ut patet partim ex loco Petri de Marca lit. g. descripto, partim ex verbis finalibus Papæ modo adductis. Adde etiam aliam locum Petri de Marca ex lib. 4. c. 11. §. 6. Quare ut rem in pauca contraham, dicendum est, Regi, Episcopis & Proceribus Gallicanis eam sedisse sententiam, Romano Pontifici non esse liberum, ut se divisionibus regni corrigendis, id est, rebus secularibus immisceat, eaque de causa Regem aut Episcopus vel Proceres illi consentientes ex communicationibus plectat, prætextu perjurii, aut bellorum, que inde sequuntur. Si qua censura eam ob causam lata fuerit, nullas vires habituram, Regem aut subditos illi non obtemperaturos. Immo adde & tertium locum ex eod. Petro de Marca d. l. 4. c. 14. §. 1. p. 401. quem describemus infra §. 40. lit. II.

atione loquatur Pontifex, non ob crimina, quæ pœnam certam dictatam habent legibus vel civilibus, vel ecclesiasticis, sed ob quodvis peccatum; cum tamen miris hic fallaciis, ut hæctenus vidimus, usus fuerit Pontifex, iisque rem in se obscuram obscuriorem reddiderit, non mirandum, quod ipsi Canonistæ non ausi fuerint illud monstrum denunciationis definire, t) & ex nostris, qui id ausi fuerint, u) definitionem suam exacte defendere nequeant. w)

§. XXXVIII.

t) Vide supra §. 2. lit. f.

u) de Jena *aph. 4. n. 6.* denunciationem Evangelicam ita describit: quod sit *remedium extraordinarium Canonicum*, quo aliquis juris Civilis actionibus & auxiliis destitutus adversus peccantem in subsidium utitur, quem duplici monitione privata, & testibus adhibitis præmissa & a peccatore spreta Ecclesia denunciat, petitque, quo ipsa denunciatur, ut e peccato exeat, & ad penitentiam consequenterque rei restitutionem Ecclesiasticis mediis & censuris cogat compellatve. Quod si quis Jani definitionem c. 1. §. 5. cum hac conferat, patet, eam ex hac esse desumptam, & saltem in summam contractam.

w) Ita quoad ipsum genus definitionis, ratio, cur vocata

fuerit hæc denuntiatio *remedium extraordinarium*, eaque prægnans affertur *aph. 6. n. 4.* Si enim indefinite admitteretur, temporalis gladii jurisdictio plane interiret, & omnis causa per hanc viam ad Ecclesiam deferri posset: sed responderetur tamen *n. 10.* nonnullos semper denunciationem Evangelicam admittere, si materia peccati adsit: Ad objectionem vero respondet, *n. 13.* non statim corrumper forum seculare hac hypothese posteriore admissa, quia via ad secularem judicem præclusa aut prohibita non sit; & quia denunciatus in specie excommunicari nequeat, sed saltem vitari, si autem hæc non timeret denunciatus, quod facile contingere posset, tunc recursus pro justitia impetranda ad forum civile dari. Sed, ut taceam, ea, quæ de excomuni-

## §. XXXVIII.

Unde, quamvis videatur prima fronte capitulum nostrum loqui de specialibus quibusdam casibus, in quibus denunciatio Evangelica locum habeat, puta contra sententiam iudicis injuste latam, quæ tamen in rem iudicatam transit; w) contra bellum injustum; x) contra violata fœdera; y) aut in causa juramenti violati; z) verius tamen est, ex mente Pontificis longe latius se extendere hanc denunciationem, ad omnes videlicet peccati causas, ubi par est ratio. Par autem ratio est, si quis

denunciatione hic dicuntur, non esse ad mentem Juris Canonici, hoc pacto etiam inanis foret, & nullius efficacis denunciatio Evangelica, si videlicet sententia a Magistratu Ecclesiastico lata iterum posset rescindi a iudice seculari. Unde etiam tentatur alia conciliatio. n. 15. seq. *Fraternas correptiones denunciationem præcedentes semper locum in venire, quia per eos foro seculari præjudicium non fieret, denunciationem vero tunc cessare, si peccatum solum per consequentiam, non immediate appareret, alias enim semper ad hæc casu peccati.* Sed & hic non solum distinctio inter apparitionem peccati per consequentiam & immediate est obscura, sed & si ea,

ut videtur, id velit significare; peccatum, de quo arguitur adversarius, esse vel *evidens* vel *dubium*; applicatio distinctionis iterum repugnat menti capituli nostri, cum eajus gratia epistola illa scripta est, etiam ex mente Pontificis fuerit valde dubius per dicta ad §. præced. lit. r.

w) arg. verb. initialium quod jurisdictionem perturbare & potest: *Non intendimus iudicare de pseudo.* &c. junge dicta supra §. 20.

x) arg. verborum: *præcipue cum contra pacem peccatur.*

y) arg. verborum: *cum inter Reges reformata fuerint pacis fœdera.*

z) in verb. *num quid non poterimus de juramenti religionis cognoscere.*

ibus verbis, & in quæ hæc

vel adversarium nactus fuerit, qui non habeat superio-  
rem, a) vel in foro civili nullam assistentiam sibi pro-  
mittere possit, sive ob iudicis partialitatem, sive ob con-  
trarias sibi leges civiles, b) & tamen prætendit, adver-  
sarium in peccato esse constitutum. Uno verbo, par  
est ratio in omnibus peccati prætexitibus. c)

§. XXXIX.

Gemina  
definitio  
denuncia-  
tionis Ev-  
angelicæ.

Unde tentabimus, an significationem hujus denun-  
ciationis Evangelicæ definitionem dare possimus. De  
nunciatio Evangelica in d. Epistola Innocentii est reme-  
dium plane irregulare, hactenus inauditum d), extra  
omnem

a) arg. versic. *Non igitur in  
juriosum* &c. & versic. *sed for-  
sitan dicetur.* Unde Canoni-  
stæ dicunt, hanc denuncia-  
tionem locum habere, si Reges  
vel Principes Jus naturæ vel  
Gentium observare nolunt. De  
Jena *apb. 7. n. 1.*

b) arg. a minori ad majus:  
Si denunciatio Evangelica lo-  
cum habet contra facta regum  
injusta in genere, etiam mul-  
to magis in specie contra eo-  
rum leges injustas, & multo  
magis contra facta judicium in-  
justa. Conf. Janum *c. 2. §. 15.*  
De Jena *apb. 7. §. 30.*

c) argum. verb. *Sed decerne-  
re de peccato, cujus ad nos perti-  
net* &c. item verb. *quic. videli-*

*cet licem habens: item: de quoc-  
mortali peccato corripere quem-  
libet* &c. Unde non sine cau-  
sa Canonistæ extendunt hoc  
remedium ad casum: si quis  
Falcidiam & Trebellianicam  
in fidei commissis detrahat, in-  
primis si legata & fidei commis-  
sa fuerint ad pias causas. De  
Jena *apb. 7. Janus cap. 2. §. 55.*  
Si quis in juramento a porte de-  
lato perjuriam commiserit, si  
quis concedente statuto in ma-  
la fide constitutus rem præscri-  
pserit &c. de quibus singulis  
sæpius citati autores videri pos-  
sunt.

d) quia demum ab Innocen-  
tio III. inventum per dicta  
§. 6. seq.



omnem iusti bonique ordinem e) ab Innocentio III. inventum, quo quic. ee) se ab altero quocunque f) læsum arbitratur, etiam si omnes Laici a parte Rei stent, g) Papam h) adire poterit, & ab eo petere, ut is super peccato Rei delati pro arbitrio i) cognoscât, & sententia definitiva quis inter litigantes partes peccator sit determinet, ac satisfactionem & pœnitentiam imponat, sub pœna excommunicationis: eum in finem, ut sub prætextu Papa omnem jurisdictionem, etiam si contra protestetur expresse, sibi vindicare, & omnes Laicorum actiones pro arbitrio irritas reddere valeat. k)

F

§. XL.

e) Hoc ergo intuitu extraordinarium remedium vocatur a Canonistis, non vero eo in sensu, quod detur demum deficientibus aliis remediis.

ee) Vid. de Jena *aphor. 8.*

f) Etiam ab Imperatore. Id *aph. 9. n. 33. seq.* modo is quicumque lædens sit Christianus, nam contra paganos & Judæos denunciatio non procedit. *Ibid. n. 41. seq.*

g) Unde facile patet, etiam contra eum, qui Scto Vellejano aut Macedoniano uti vult, ex mente Canonistarum denunciationem hanc valere debere, quamvis id regulariter neget de Jena *aphor. 7. n. 7. seq.* item *n. 14. seq.*

h) Nam ex mente Canonistarum Papa non habet superiorem; coram quo denunciatio fit. Id *aphor. 9. n. 6. seq.*

i) Verbis capit. nostri. *Sed discernere de peccato, cujus ad nos pertinet sine dubitatione censura item verb. de quoc. mortali peccato.* An vero aliquod peccatum sit mortale an veniale, ex mente Canonistarum determinat solus Clerus, & his dissentientibus solus Papa, qui ex iusto injustum & ex injusto justum facere potest. *Conf. de Jena d. aphor. 9. n. 16. & 17.*

k) reliqui definitionis verba non opus habent probatione speciali, sed partim ex præcedentibus verbis, & iis quæ hæctenus

## §. XL.

Nunquam hæc denunciatio Evangelica praxi universali I) ab ipsis Catholicis est recepta II) nec commode

nus docuimus, sua sponte fluunt. Constat hæc definitio quatuor causis, quas eruere Metaphysicis relinquimus. De forma saltem id paucis monemus, ratione processus in remedio hoc irregulari etiam valde incerta tradere Canonistas, uti patet partim ex dictis supra §. 13. lit. 2. partim ex iis, quæ fufius collegarunt de Jena *aphor. 1. 12. 13. & Janus c. 3. & 4.* sed non est, ut in his inanitatibus nos detineamus. Potius ad scopum dissertationis properamus.

I) Nam etsi papa defacto sæpius usus fuerit, fulmine excommunicationis in reges & civitates catholicas, id tamen jus facere nequit, cum totidem, si non plura, possint offerri exempla, ubi talibus excommunicationibus contradictum fuerit, etiam cum effectu. Instar omnium potest esse exemplum Electoris Brandenb. Alberti Achillis, cujus Epistolam memoratu dignam ad Capitaneum quendam exhibet Rentsch

*im Brand. Ceder-Häyn p. 2. cap. 3. p. 409.* Unde praxis universalis ex istis prioribus exemplis probari nequit.

II) Vide jam supra notata ad §. 36. lit. 9. & 5. Item de Marca *Lib. 4. c. 14. §. 1. p. 401. Administrandi regni sui communionem denegavit Philippus Augustus Romano Pontifici, cum ab Johanne Agnino Cardinali ad pacem cum Henrico Rege Angliæ incundam ex auctoritate sedis Apostolicæ invitatus, Legati minas, qui interdico lato in universam terram Regis contumaciam se castigaturum minabatur, hac responsione repulit:*  
 „Quod sententiam suam non  
 „timeret, nec teneret, cum nul-  
 „la æquitate niteretur. Dicebar,  
 „enim, quod non pertinet ad  
 „Ecclesiam Romanam, in Re-  
 „gnum Franciæ per sententiam  
 „vel alio modo animadvertere,  
 „si rex Franciæ in homines su-  
 „os demeritos & regno rebelles,  
 „causa injurias suas & coronæ  
 „dedecus ulciscendi infurgit.  
*Cum idem Philippus anno 1203. ad  
 pacis*

DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 43

de salva Magistratus Politici autoritate potuit ab iis recipi m).

§. XLI.

Tantum abest, ut quis vel in somniis saltem sibi concipiat, denunciationem Ecclesiasticam apud Principes Protestantes usu receptam esse, vel saltem recipi potuisse, imo ullam ullius casus dabilitatem apud Protestantes concipi posse, tum quia Jurisdictio Papalis inter Status Evangelicos cessat, tum quia Clerus apud Protestantes etiam quoad jurisdictionem Ecclesiasticam Statibus Evangelicis est subiectus: tum denique quia Principes Evangelici, si denunciationem Evangelicam admitterent, per Consistoria sua destruerent vel leges proprias vel iudicata iudicium secundum normam ab iismet præscriptam iudicantium. n)

*Apud protestantes usus practicus ne quidem concipi potest.*

F 2

§. XLII.

*pacis fœdus amplectendum cum Johanne Rege Angliæ ab Innocentio urgeretur, Odo Dux Burgundia, & proceres Regni alienum a dignitate regia esse rati, ut Rex Pontificis Imperio, ad paciscendum de pace aut induciis cum Anglo cogere- retur, consilio suo Philippum monuerunt, ne se ad illa obsequia demitteret, seque toris viribus, si quid contra tentaretur, obstituros.*

*professo omitimus, quia cum in eo de potestate summi Pontificis in causis etiam inter supremos Monarchas vertentibus debeat, agi, in eaque doctrina Gallos Doctores cum Hispanis in omnibus non convenire advertamus, ideo in re tam ardua super sedendum satius nobis duximus, liberamque singulis in hac questione opinandi facultatem relinquimus, ne ullis negotium face- scere viacamus. Et tamen ipse Gonzalez Tellez non Gallus sed Hispanus, imo sedis Apostolicæ inquisitor in Hispania fuit.*

m) Per ea, quæ Marca dis- serit supra ad d. §. 36. lit. g. Un- de nec ipse Gonzalez Tellez voluit ad hoc capit. Commen- tarium scribere. Hujus Decre- talis commentarium, inquit, ex

n) Secundum intentionem enim & scopum denunciationis Evan-

## §. XLII.

*Responde-  
tur rationi-  
bus dissen-  
sientium.*

Unde jam non difficile est respondere ad rationes dissentientium. (si modo vere dissentiant & non potius intentionem habuerint, simulato dissensu absurditatem contrariæ opinionis eo fortius ostendere.) o) Vel enim confundunt erreptionem fraternam aut denunciationem extrajudicialem sincero ministro Ecclesiæ factam, ad corrigendum peccatum fratris, per interpositionem & ad-

Evangelicæ vel Princeps Evangelicus se ipsum per Consistoriales suos argueret peccati, vel leges a se latas argueret quod peccatum admitterent, easque tamen non abrogaret, sed effectum saltem eorum infringeret, aut denique regulam de exceptione rei judicatæ non tollendo, iterum tolleret effectum ejus in casibus particularibus. Confer dicta §. 38.

o) Multa sunt, quæ hanc sententiam mihi parum verodisimilem esse persuadent. Initio genius viri, deinde, quod artes Cleri Papalis & papizantis etiam eo tempore, cum adhuc professor esset in Academia Viadrina intimius nosset, ut patet ex ejus dissertationibus de Ratione Status Disp. 19. usque ad 23. ubi multæ falsæ & adiosæ veritates ab ipso fuere propositæ; por-

ro quod & in ipso hoc tractatu quædam verba eo videantur tendere, unde conjicere liceat, Virum eruditissimum non serio scripsisse. v. g. *aphor. 4. n. 6. seq.* quæ locum supra excerptimus *lit. n. ad tb. 7.* & jam annotavimus, hoc pacto inanem fore omnem denunciationem Evangelicam. Item *Aphor. 9. n. 10.* protestatio, quod doctrinam Juris Canonici de denunciatione Evangelica intuitu Papæ alias suam non faciat: ac denique eod. *aphor. 9. n. 39.* ubi postquam de exemptione cleri a potestate civili, & potestate Ecclesiastica in ipsos principes multa præmisisset, subjungit: *Quomodo tamen hodie hæc admittantur & vera sint, id ipsa notarietis & vôt scripta DD. abunde docent. Arnif. de exempt. cleric. passim,*

& adhortationem Pastoralem, absque ulla coactione, cum denunciatione Evangelica, quæ coactionum intendit & exequitur; vel præsupponunt ea tanquam vera, quorum contrarium jam supra demonstravimus. p)

F 3

§. XLIII.

p) Res patebit, si ipsa verba Ejus afferamus subjunctis statim annotationibus nostris. Ita vero differit aphor. 7. n. 44. seq. *Illam adhuc questionem adjicimus, an denunciatio Evangelica inter A. C. addictos sive Reformatos obtineat?* Hic quæstio formatur de facto, & tamen postea respondet de jure & quod obtinere debeat.) *Dubium esse potest, quia Lutherus Jus Canonicum convocata omni multitudine scholastica palam incendit, & igni consecravit, & denunciatio Evangelica ex Jure Canonico præcipue discenda est,* (Hanc equidem rationem dubitandi non protulimus, sed potius longe fortiores rationes sensum communem ferientes) *sed de illo facto alibi dissemus, quoad hominis privati est.* (Et de eo alibi dixit Dn. Præses de ortu ac progressu & autor. Jur. Canon.) *Alias denunciatio hæc habet fundamentum (apparens per dicta §. 10. 11. & 12) in Sacra scriptura & charitate christiana, &*

*novimus inter Evangelicos eandem quoque apud viros contra aliorum impietatem adhibitam esse, (Hoc de alio casu intelligi non potest, quam, ut in thesi dixi de correptione fraterna & arbitrio pastoris consentiente utraque parte.) Et tantum abest, ut ul- lum justam rationem habeamus, ob quam repudianda s. ut potius runde & simpliciter nos affirmemus, eam bonam & retinendam esse. Et si habent meliorem religionem A. C. additi debent opera charitatis active & passive magis exercere, nec conscientia recte informata stimulos negligere. (Hic semper petitur principium, denunciationem hanc Evangelicam esse opus charitatis, & fluere ex conscientia recte informata.) Annon ex fructibus arbor cognoscitur? An fides sine bonis operibus viva vel mortua. Ad hæc autem per denunciationem & correptionem privatam aliquis compellitur, & ne peccata ad effectum deducat, ac in eis maneat monetur*

*& avoca-*

## §. XLIII.

*Semina tamen hujus denunciationis sunt adhuc in usu, suo modo etiam practico.* Utinam etiam asserere possimus, femina, unde hæc denunciatio Evangelica nata est, non esse in usu vel theoretico vel practico apud nos. Ad vero valde dolendum, quod falsa explicatio doctrinæ Christi de correptione fraterna, etiam in nostris Ecclesiis passim regnet & applicetur ad usum practicum rixarum cum aliter sententibus, & ad conciones injuriosas &c. q).

## §. XLIV.

*Et avocatur, (& per excommunicationem & pœnam Ecclesiasticam cogitur. At bona opera non sunt, ad quæ quis cogitur.) Nec tam Jus Canonicum, quam ipse Christus eam (veram) invenit, (Jus Canonicum vero huic denunciationi vere Evangelicæ novam formam fucatae induxit,) fierique imperavit, quare arbitrii non esse videtur, verum potius præcepti. (Non legalis sed doctrinalis, quod uti omnia præcepta prudentiæ & etiam suo modo præcepta juris naturæ affirmativa, varias limitationes ex variarum circumstantiarum mutatione admittit.) Et multum semper efficit, si ei facta fuerit privatim, qui salutis aeternæ memor est, & interna conscientie quæ facta nostra & actiones egregie judicat, monita aliquatenus admittit, nec plane Dei & futuro-*

*rum contemptor existit, depuduitve. (vides: hic expressè loquitur de correptione aut denunciatione privata, non de publica vim cogendi habente, de qua agimus.) Et sic denunciatio ex jure Canonico, sane Jus Canonicum, nonnullis exceptis regulas & præcepta honesta, pia, & maxime Christiana multa tradit, quæ si observarentur, longe melius homines invicem agerent. (Cum nos eam objectionem non fecerimus, nos etiam non ferit hæc responsio. Interim addendum est, multa præcipi & doceri a Jure Canonico sub specie pietatis, quæ homines plane corrumpunt, & inemendabiles reddunt, adeoque magis cavenda sunt, quam facta evidenter impia, quia hæc homines vel parum sapientes non ita facile seducunt.)*

q) Quamvis ulcus hoc tangere

DE USU PRACTICO DENUNCIATION. EVANGEL. 47

gere odiosum sit, & periculi plenum, non possumus, tamen non ad probandam assertionem nostram quædam excerpere, ex Hulfemanni tractatu de correptione fraterna aliquoties in ipsa dissertatione hic allegato. Prius scopus hujus tractatus est, demonstrare, quod Lutherani Theologi obstricti sint ex illo præcepto Christi de correptione fraterna, contra heterodoxos severe scribere & loqui, eosque & Palinodias, si possibile sit, redigere. (vide potissimum §. 7. n. 58. seq. p. 35. seq. §. 17. n. 22. seq. p. 193. seq. potissimum vero Reformatos, (11. num. 184. p. 90. in verbis: *factabant Donatista, perinde ut hodie Calvinista &c.*) Vides, hic statim dictum Christi de correptione fraterna majori tortura ad rixas Theologicas, cum dissentientibus applicari quam qua Papa usq. fuit ad suum scopum. Cum tamen sentiret facile, si solum illi textus pro probatione suæ assertionis afferretur, ipsam sub tortura clamatum esse, multa diseruit de facultate corripiendi extraneos & potissimum vicinos heterodoxos, ex praxi non Christi & Apostolica, sed Doctorum Eccle-

siæ (d. §. 7. n. 58-101. p. 35-51. Ubi valde notabilis inter alia est locus de Bernhardo Monacho, magno hæretice p. 50. & 51. qui de se ipso ad Eugenium Papam scripsit. *Ajunt, non nos esse Papam, sed me.* Uti scilicet pacifici inter protestantes magis timent similes quasi Papas quam ipsum Pontificem.) Idem §. 9. n. 119. p. 59. defendit, licere Pastoribus publica peccata a Magistratu permissa corripere. Quæ thesis uti bene explicata tolerari & defendi potest, si correptio sit cum debita Magistratui Politico reverentia conjuncta, ita exemplum usurarum ibi adductum & Autores Pontifici citati docent, latere sub hac doctrina reliquias Papatus, determinationem peccatorum ad Clerum solum referentis. Porro §. 15. n. 325. seq. p. 154. seq. per Ecclesiam in dicto Christi: *dic Ecclesia* intelligit Ecclesiam representativam Pastorum, non solum populo, sed & principi contradistinctam, ex praxi videlicet Doctorum Ecclesie in in prioribus sex seculis, & ex confessione ipsius Bellarmini. Similiter §. 15. n. 361. p. 172. docet, ex Christi & Mosis intentione

ne



## §. XLIV.

*Conclusio*

Dicendum equidem nunc aliquid esset de officio principis Evangelici, & mediis reprimendi illas reliquias Papatus. Sed cum ista quidem tractatio peculiaris meditationes requirat, nec directe ad scopum dissertationis nostræ pertineat, filium hic abrumpimus.

ne intelligi utrumque finem in denunciatione Evangelica, ut scilicet dicatur Ecclesie repræsentativæ, & tanquam matri & tanquam judici, Optat §. 17. num. 93. p. 203. conf. n. 129. p. 236. ut coactio heterodoxorum ad palinodiam non exigi saltem, sed & impetrari possit ab omnibus heterodidascalis. Excommunicationis etiam dissentientium in doctrina definitio ad mentem Pontificiorum traditur §. 18. n. 131. p. 237. & putat Autor, singula definitionis verba ex *Matth. 18.* probari posse. Confer ea quæ differit Dn. Præs. in

der dreyfachen Rettung des Evangelischen Fürsten-Rechts *Part. 1. th. 22. & Parte 2. §. 9. item §. 31. seq.* Denique §. 19. n. 361. p. 333. *seq. seq.* torquet Constit. Elector. Saxoniam *Artic. general. 3. §.* zum siebenden (quæ prohibet, elenchum personalem pro cathedra,) in alienum sensum, scilicet, prohibere eam saltem hunc elenchum, si fiat ex affectu privato, ergo eam potius approbare elenchum talem personalem, si a pastoribus fiat ex zelo justitiæ & salutis auditorum &c. Sed ista quidem specimen loco sufficiant.

F I N I S.







Halle, Diss. 1 1712 T-Z


ULB Halle

3

005 350 913







1712, 25a 1024.

DISSERTATIO JURIS CANONICI,  
DE  
**USU PRACTICO**  
**DENUNCIATIONIS**  
**EVANGELICÆ,**  
Ad Cap. 13. X. de Judiciis. 8

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. RELIQUA.  
PRÆSIDE

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO  
INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
AC PROFESORE PRIMARIO, ET FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO,  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

*Die XVI. Aprilis MDCCXII.*

*H. L. Q. C.*

**WILHELMUS IRWING,**  
TILSA BORUSSUS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*  
Apud CHRISTOPH. ANDREAM ZEITLERUM, Acad. Typogr.